

cunius fore gratius. Quod mihi Deo propitio
 cōcessum est. In auferēdo verò diplomate, quo
 Regis erga me animū aduersarijs testarer, in-
 credibilis fuit suscipiēda molestia per tres mēses
 tantum authoritas vel importunitas Sorbonica
 etiā apud primarios valebat, vt quod Rex quar-
 to iusserat, obsignare dubitarent. Vicit tamen
 Dominus: nam diplomati quinquies emendato,
 tandem clementissimi principis iussu, sigillum
 apponitur. Dum hæc curo, viri illi sanguinariū
 in me inquirunt, rogatis plus octoginta testi-
 bus: noui nescio quid in speciē habituri, si for-
 te diplomate illo omnia præterita abolerentur.
 De illo enim aliquid audierant: nūquam tamen
 credituri mihi caueri etiam aduersus suas no-
 uas inquisitiones, nisi legissent. Diploma seruo
 apud me, nec euulgo. Mox audio futurum vt
 intra tres dies conijciar in carcerem, nisi pro-
 uideam. Tunc diploma Regium profero, cuius
 capita hæc sunt,

Par ces presentes disons & declairons
 que nostre vouloir & intētion est, que le
 dict Estienne nostre imprimeur, pour rai-
 son de ladicte impression par luy faicte